

Nupta senatori comitata est Eppia ludum
ad Pharon et Nilum famosaque moenia Lagi¹
prodigia et mores² Urbis damnante Canopo³.

85 Inmemor illa domus et conjugis atque sororis
nil patriae indulsit, plorantesque improba natos
utque magis stupeas⁴ ludos Paridemque⁵ reliquit [...].

Quā tamen exarsit formā, quā capta juventā⁶

Eppia ? quid vidit propter quod ludia dici

105 sustinuit ? nam Sergiolus⁷ jam radere guttur

coeperat et secto requiem sperare lacerto⁸ ;

praeterea multa in facie deformia, sicut

attritus galeā mediisque in naribus ingens

gibbus et acre malum semper stillantis ocelli.

110 Sed gladiator erat. Facit hoc illos Hyacinthos⁹ ;

hoc pueris patriaeque, hoc praetulit illa sorori

atque viro. Ferrum est quod amant. Hic Sergius idem

acceptā rude coepisset Veiento¹⁰ videri.



Le rétiaire Antigonus - Graffiti de Pompéi